

19 p 8 Simillima est genere sophismatis. Est enim generalis ad 12 p 8, & demonstratur per easdem, per quas demonstratur specialis.

20 & 21 p 8 sunt conversæ 18 & 19 p 8, & materiam ideo postulandam, non demonstrandam ostendunt: non convertitur autem duplicatio & triplicatio, quia generalis etiam est, ad non quadratos & non cubos.

22 p 8 Confectarium est 20 p 8, & tamen Theon *πίεσμα* non facit, sed propositionem.

23 p 8 Est item consecrarium 21 p 8. Sophisma par est superiori.

24 & 25 p 8 magis etiam & *πίεσματα* sua demonstrant 18 & 19 p 8. Sophismata paria sunt.

26.27 p 8 Sunt etiam superioribus proximis mirabiliores, dum genus speciei comparant, cum potius speciem debuerint generi. Quadrati enim duo sunt inter se similes plani, & duo cubi, similes solidi, non contra.

LIBRI DECIMINONI FINIS.

PETRI RAMI SCHOLARUM  
MATHematicarum  
LIB. XX. IN NOMINUM  
elementorum.



LIBER nonus habet propositiones nulla methodi ratione dispositas, alias de simplicibus, paribus, imparibus, perfectis, alias de comparatis, alias de figuratis.

1 & 2 p 9 faciunt unam reciprocam. Similes plani faciunt quadratum, & facientes quadratum sunt similes plani: Causa verò proditur 19 p 7. Campanus hic quadruplex corollarium instituit, primum. Duo quadrati faciunt quadratum, quia plani similes. Secundum: Per quem quadratus facit quadratum, ille quadratus est: quia quadratus est similis quadrato. Tertium: Per quem quadratus facit non quadratum, ille est non quadratus. Quartum: Quadratus per non quadratum facit non quadratum. Duo autem postrema sequuntur per negata consequentia duorum primorum. Hanc logicam laudo in Campano, magis autem laudarem, si in cæteris idem præstitisset, & tamen duo postrema consecraria negantiam tantum habent & inscientiam.

3.4.5.6 p 9 Talia de cubis consecraria esse debuerat, qualia de quadratis Campanus antea fecit: Campanus tamen hic etiam propositiones facit, nec consecraria animadvertit: complexiones syllogisticas cum Theone demonstrat. 3 & 4 p 9. Logicam habent multis jam locis adhibitam, sed in rebus tam propinquis nulla adhuc fuit, antecedens enim specialis est, ad consequentem: 27 p 7 ad 26 p 7: sic erat specialis